# PROBABILES RATIONES,

quâ Sarmatiæ Europææ Regnum fiſ-
ſum, ſciſſum,
usq; quaq;
*fore redintegrandum,*

# CYNOSURA

Breviter
prolata, deducta, demonſtrata.
per
DESIDERIUM DANTISCANUM.

Anno M. DC. XCVII.
quô coronatur
ReX PoLonorVM, FrIDerICVs AVgVſtVs SaXo.

## VI. e VII. Concetto politico di M. Franceſco Sanſovino.

E da temer molto più *una Potenza grande* unita tutta inſieme, che la *Potenza di Molti*, la quale ſi come hà i *Movimenti diverſi*, così hà diverſe, e *diſcordanti l'Operationi*.

* * *

E. XV 27 b. rzadki

Le *Republiche Pollacche* non ſi governando *con l'appetito di un ſolo*, mà col *Conſentimento di Molti*, procedono con più Moderatione, e con maggior Riſpetto, che non fà il Prencipe, *nè ſi partono mai sfacciatamente* (come ſpeſſo fanno i Prencipi) *da quello che ha qualche apparenza di Honeſto*.

## §. I.

SArmatia ſuos reverâ patitur Manes! & hoc meritò, nam, cum Morum emendatione DEUM iratum renuit placare Polonia, Polonia in Polonia ut quæratur, adigimur per Fata (a) *Regis Jöannis III. d. 17. Junii 1696.* Hujus *Fata*, inqvam, neutiquam Calamitatis videntur gignere Fata, Gangrænæ potius inſtar omnia Membra permeantis, aliud ex aliô Malum pullulare in apricô eſt, an *viva* emoriatur *Miſeria*, an verè reviviſcat *defuncta Proſperitas*, haut abs re erit ſuſpicari dubitando.

Nemo non quidem dulci vellet ferri Spei Bonô, fore, ne *Regis Mors* vitam gigneret Μῶλων, (*vid. Hypomn. inf.*) *Tumultuum*, *ſeu Factionum, â tot trucibus*, usque jam bellis lacerato ac deſolato Regno, in diverſas ſcindendo Partes ac tradendo extremæ nefariô niſu Ruinæ (b) Aſt verò ſpe



(a) C'et ainſi, qv'à *l'âge de ſoixante & douze ans*, & le vingt-deuxieme *de ſon Regne* eſt mort Jean III. du Nom, que ſon Merite & ſes grandes Actions avoient êlevé aux charges de *Grand-Marêſchal*, & de *Grand-General*, qu'il avoit exercées conjointement, & l'avoient fait parvenir à la *Couronne*.

(b) Providenza divina, che come frena con picciole granella d' arena le furie d'un' Oceano immenſo, coſi con piccoli inciampiſa rompere il Corſo delle maggiori potenze del Mondo, perche non allaghino di miſerie e di mali tutte Nationi; mà *albora ſolamente allarga il freno alle violenze inteſtine, quando li peccati de' Popoli Pollacchi chiamano ſopra di loro il ferro della divina vendetta.*

optatâ cecidimus; Nidus proh dolor! ſqualidus offenditur Mali: Tetrâ labe vix reſpirare potis eſt infecta Polonia, nec ullus Artus gallici exſors Morbi, qui niſi tolli poteſt prius, quàm ad Iliorum intima, & ad Vitæ Principii Penetralia invadat, actum eſſe de totâ tam vaſti Corporis Machinâ & eleganti cæterum ſtructurâ, credendum eſt.

Itaque Eliminandos ante omnia ſqualidos, eſſe latices ſtatuo, aut per Emetica & cathartica, aut per inſenſibilem tranſpirationem.

Methodica medendi ratio ſuaderet quidem, inveterato huic, & tam tenaci Humori ut opponatur violentia, niſi Corporis ob καχεξίαν ac Imbecillitatem, violentus omnis Motus judicaretur periculoſus, Naturaque Malô imbuta, cum eô privetur repentè, repentè concidere, non labefactari ſolummodò, ſoleret, rueretque mox omnis Reipublicæ Ordo directus & conjunctiſſimus. Quanquam, ſecundum *Tacitum lib. 1. Hiſtor.* Primus ſceleratorum impetus Irreptionis, primô quoque tempore, vel infringendus fuiſſet, vel objectis impedimentis ad tempus retardandus, ut ſic evanuiſſet.

Si tamen adhuc vis adhiberetur emetica, Factio unô impetu eſſet ejicienda Gallica, quæ huic quondam apprimè ſano Corpori, ejusque Membris benè junctis, tot turbas identidem dedit totque cauſavit Convulſiones & anfractuoſos ſpasmos.

Aſt præcipitem hance violentiam haut fore periculi expertem, videmus, cum Gallica hæc Lues ſymptomatum ſyndromen ſibi habeat communem ac pediſſequam. Jam autem ut ſecundum Medicorum Regulam: *Noſſe rectè morbum cauſamq; ejus, primus ad Sanitatem gradus eſt*, ita Calamitatis Regni Polonici Remedium quoddam eſſe videtur, rectè noſſe cauſatam calamitatem, quô ſenſu *Plautus in Trinum-*

nummo, Nota Mala, res optima, quia nota magis ſanari poſſunt & minus angunt Animum, quàm ignota, metu ſæpè deteriorum, nam Res animos incognita turbat *Virgilio* dicente. Quod tegitur, majus creditur eſſe malum *Martial. l.3.*

§. 2. Tartara, Coſacca βȣλιμία unde, quæſo, Poloniam reddidit macilentam? niſi â Gallo inſtigatore? Quis Moſchorum Plicâ devenuſtavit Regnum Polonorum? nonne Gallus? Quis Suecorum Scorbuto dedit olim Invaſionem? nonne Gallus? Anginâ Pannonicâ quis infecit Sarmatiam? Gallus omnino. Quis querqueram, ſodes! Arthritidem cum Colicâ in Poloniâ reddidit epidemicam? Gallus fuit.

Heic inſuper, quis Turcici Maſlaoh Eſum invexit? quis tandem totalem Maſſam ſanguineam abhorrendô contagiô Morbi inquinavit Gallici? quis niſi Gallus non contentus Corpus infectare, Animam etiam, neſcio quâ pejus Circæâ Metamorphoſi dedecorare non dubitavit.

Noxiarum, interturbantiumque numeroſam Belluarum, Aprûm, Luporum, (c) Urſorum, Vulpium, Accipitrumq; invenias catervam; haut pauci, quaſi lotô obſaturati priſtinæ immemores Libertatis, ſe mancipare gallicæ geſtiunt Servituti Generoſorum Animorum locum occupavit ſervilis Genius: ſic Troës fuere Troës; ſic Poloni fuimus Poloni.

Cunctos Polonorum haut eſſe, neque fuiſſe puto, ſed tamen ſunt qui ſunt quorum anima principem ſuam facultatem *Auro* ceſſit *Ludovicio*, cui turpi ſubmiſſione parere haut



(c) Ut DEUS ſecundum *Theophylactum* in cap. XIV. Lucæ, indicaturus vim puniendi, nominatur *Pardalus*, *Urſus &c.* ſic idem DEUS immittit Regnis deſtruendis Homines diritate ſeu crudelitate beſtiarum præditos.

haut erubeſcit, amplius ratiocinari obtuſa: *Libertatem eſſe ſervitute potiorem.* Hoc ſecundum *Livium* lib. XXXIII. 18. 5. & 6. ponderantes olim Græci, cum Liberi pronunciarentur, majus Gaudium fuit, qvam qvod univerſum Homines caperent, ut facilè apparet, *Nihil omnino Bonorum Multitudini gratius, quàm Libertatem eſſe.*

*Omnes profectò liberi lubentius ſumus, quam ſervimus.* *Plautus* ait in Captivis Act. I. Sc. 2. & *Mantuanus* VI. Sylv. *Libertas eſt ſumma Bonis ſub Principe juſtô.* Indeque

Τὸν ἐλεύθερον δεῖ πανταχοῦ φρονεῖν μέγα.

Liberi ubique ſunt Magnanimi. *Menander in Heroë. Stob. Serm. 87.*

Quapropter, ô Poloni, cum identidem veſter proprium fuiſſe videtur. Gallum averſari:

N'esperés pas plus aux promeſſes de grand marde,
Sa Lumiere eſt un verre, & ſa Faveur un Onde,
que toû-jours quelque vent empeche de ſe calmer;
quittés ces Vanités, laſſés-vous de les ſuivre.
C'eſt DIEU, qui vous fait vivre,
C'eſt DIEU, qu'il vous faut aimer.
En vain pour ſatisfaire â vos lâches envies
Vous paſſés pres Rois vains tout le tems de vos Vies,
â ſouffrir des mépris, & plier les genoux:
Ce qu'ils peuvent, n'eſt rien, ils ſont ce que nous ſommes,
Veritablement Hommes,
& meurent comme nous.

*Henricus* ille Andegavenſis Frater Caroli IX. Regis Gall. ſeculô ſuperiori dedit Documentum certô certius Effugiô ex Regnô veſtrô clanculariô, Sarmaticum ſolum Gallicum nauſeare eructareque Lilium, qvod non fragrantiâ recreare, ſed fœtore infeſtare Polonorum Nares ſoleret, adeo.

adeoque in totum Clima Polonicum averſare Accrementum Galliarum Liliorum.

Polonus & Gallus ſunt duo incompatibilia. Gallus ſervitutis gravitate *laſſos Aſinos* inſidens altum ſpirat. Polonus in Libertatis Campos apertos latiſſimosque ſpatiando ſe recreare amat. *Gallus imperare geſtit; Polonus ſervire neſcit.*

Nunquam Imperium, qvod abſolutum vult poſſidere Gallus, tolerare poteſt Polonus. Princeps Galli ſemper eſt Cura Libertatem infringere; Poloni in conſervare.

Monarchiam univerſalem admolinatur, ſicque ideam ſuæ impiæ Potentiæ formare circumſpectator in Poloniâ Gallus ſatagit. Mancipia inſtar mulos tractare ſuetus, ingenuos niſi offendere neſcit. Iisdem ſubvertentibus undecunque manibus, quas injuſtiſſimè modò in Lotharingiam, modò in Flandriam, modò in Triboccos, usque dum in totius Germaniæ univerſitates ſingulas extendit, aduncioribus forſan unguibus munitus, in Poloniam ſævire tentaret. Hic ipſiſſimus Harpyarum Partus eſt, &

Triſtius haut illô monſtrum, nec ſævior ulla
Peſtis & Ira DEUM, ſtygiis ſeſe extulit undis;
Tantum Hominis vultum portat, fœdiſſima Ventris
Ingluvies, uncæqve Manus, & pallida ſemper,
Ora fame.

Quoties Gallus cantat, toties Petrum tremendo imitari ac Pœnitentiam meditando, convenit optimè Polono, Precibus Cœlum ſollicitare, qvò Gallicô â Malo vacuus ac immunis exiſtat, nunquam enim felicitatem Polono dedit Gallus, nec in poſterum daturus eſt; Cometæ inſtar ſemper fuit, nil niſi infauſta apportantis. Quid nimirum fortunæ *hæc crine minaci Nuncia* (*Clarid.* 1. de Rapta Proſerp.) jugiter pepererit, hoc Rudera loquuntur. Infeliciſſima in

hoc

hoc duntaxat felix, quod poſt Exhalationem ſeu Mortem, etiam miraculoſè parturiat, ſed monſtroſa inſecta omnem Salutis Florem depaſcentia.

Non Tigris catulis citata raptis,
Non Dipſas mediô peruſta Sole,
Nec ſic Scorpius improbus timetur.

(*Mart.* lib. III. Ep. 44.)

§. 3. *Aquila* (d) *Sarmatum non capit muſcas;* Hujus nitidus Candor Lilii ſub umbrâ tenui neutiquam amat quieſcere, nullam cum refocillationem ſperare poteſt ſubter umbram nullam. Lilii Galliæ folia fluida & fluxa pompoſè ſe oſtentent, vanèque velint ſuperbire, ſibi habeant, habent namque nihil præter hoc; reminiſcantur verò velſlem, quod â Matre ſagaci Naturâ cogantur ſpecioſum Caput in faſtigium excreſcendo elatum Terram verſus declinare ſemper.

Miſſum ideoque ſi faciatis, ô Poloni, Lilium hoc graveolentum, benè feceritis, *non benè olet, quod benè ſemper olet,* ait lib. II. Epig. 12. Martialis; Odorem hujus, odorem ad mortem eſſe veſtræ Libertatis, credatis. Commercia, quæ Rerumpublicarum anima non abs re cenſentur, ipſorumq; Uſus & belli & pacis tempore magnus eſt ſuperfluis exportan-

(d) *Lechus* primus Polonorum Dux, Annonis Filius & Czechi Ruſſique Frater (*ut habet Commendator Kadlubkonis in Præfat.*) conditurus Urbem, invenit in eô locô, ubi primæ Urbis Fundamenta jecerat, *Nidum aquilinum.* Qvæ propter *Urbem* recens conditum, â *Nido*, qui Polonis *Gniasdo* dicitur, appellavit *Gnesnam. Aquilam vero Inſignia Ducatus Poloniæ eſſe voluit &c. Felix*, dicit Joach. Paſtorius ab Hirtenberg Flori Polonici lib. I. c. 1. *Naſcentis Imperii Omen. Gnesnam* verò *Regiam qvondam Principis, nunc Primi Antiſtitis Sedem.*

tandis, & quæ deſiderantur, importandis, ô quam fœdè vidimus ſolùm per aliquorum Intereſſe privatum huc usque alterata, introductâ Novâ Monetâ, quæ non minus nocumenti, quàm tot clancularii hoſtes, ſub Amicitiæ tegumine, intulit, (qvippe Amicitia per artem ſimulata deterior eſt Malitiâ, hæc illius ſe velat palliô, ſic ambæ junctæ interſe, Monſtrum quoddam verſutiæ procreant.) Cuprea eſt, quô indicet, Seculô relegatô aureô, introductum cupreum, quo plurimi magnis Ingeniis ornati ſoleant maxima alere vitia, pœnasque meritas contumaciâ peccandi graviter cumulatas, exterminatâ aureâ Libertate, cupreâ Servitute Vindice, lueant atrociſſimè. Cuprei, hujus Polonorum Seculi Eventus eſſe videtur quidem, quod ſtupidi Homines & Ruſtici valdè flagitioſi eſſe nequeant, aſt Magnatibus, dum rarò intemeratam Pietatem colunt, Vitia multivaria inhæreſcant.

Quid ergo Conſilii, ut pravi hujusmodi peccantesq; exhauriantur Humores?

*Leniſſimum Remedium ſemper tutiſſimum;* ne plurima Poloniæ Membra eveniant mutila, ne Corporis ſtructura nimis alteretur, perturbaretur, diſſidio Armorum Confœderatorum tumultuante: Remedii loco velit aqplicare Polonus, *Locmani*, illius ſapientis, cujus in *Alcoranô* ſuô meminit *Muhammed* c. 31. Patriâ ut ajunt, *Perſæ*, gente vero & Religione *Judæi*, ceterùm, ut Corporis deformitate, ſic Animi Ingeniique pulchritudine *Æſopo ſimillimi*, Fabulam de *Leone* & duobus *Tauris.* Nimirum: *Leo* aliquando egreſſus eſt contra duos Tauros, qui ſimuluniti cornibus ſuis feriebant, ita ut ingredi inter eos non poſſet, unde deſiit eos invadere. Promiſit vero utrisque ſe non adverſatu-

ſtum eis, ſi relinquere vellet alter alterum ſocium ſuum hōc actô, cum receſſit alter, utrumque dilaceravit Leo. Hoc igitur Documenti; ut habeat, faciat Polonia ut vivat concorditer, neve amplius diſſidendo in viſceribus ſuis conquaſſetur, taliaque ſpecioſa perirent Membra, quæ ſarta, tecta ſemper voluit Polonicus Genius abhorruitque ab omni violentâ θεράπεια, Et quemadmodum exemplô Bellorum Civilium poſt mortem Neronis docemur, quod præſtet ſub malo Principe eſſe quam ſub nullo. Tac. l. hiſt.

Sic optimum Remedii adhibebit Optimus ac Diademate digniſſimus Rex noviter electurus ac conclamaturus, nulli errori, multò minus Crimine obnoxius. Rex, non qui Lilium olet, cujusque in Mente regnandi pruritus inhærens ita grandis, potens ac immenſus videtur, ut nihil loci, nihil rationi, nihil Legibus, nihil Pietati velit eſſe ſuperſtes, quo deberet impediri ab Occaſione imponendi jugum Libertati Sarmatiæ tam antiquæ, tam Sanctæ, tam feliciter huc usque defenſæ. Rex non poſtulatus, ut Medicus, cujus Imperia durant quantum placet Ægroto; Sed tantæ Poteſtatis Rex, qui cum *Valerianô Imperatore* ad Prætorianos, valeat dicere: *Ut me ad Imperium eligeritis, in veſtrâ erat poteſtate, ſed poſt quam electus ſum, non veſtro, ſed meo pareatis, neceſſe eſt, Arbitrio.* Rex, qui conſideret, Regis eſſe, Fortunâ & in proſperâ & in ſiniſtrâ ſubditis præeſſe auxiliô, optimè ſciens infra Regis Dignitatem eſſe, *diſcrimine in exiguô deſerere ſuos.* (Vid. Not. Hypomn.)

Con tutto, che l' Auttorità del Rè ſia coſi dipendente, quanto all' Elettione: Ella però è in molte Coſe, dopo ch' Egli è gia eletto, aſſoluta. A lui ſpetta convocar le Diete, e deputar il Tempo, e il Luogo, che gli piace: elegge i Con-

Conſiglieri ſecolari, nomina i Veſcovi, (e) che ſenza altro reſtano poi Conſiglieri; è aſſoluto Padrone dell' Entrate della Corona: Aſſoluto Signore de ſuoi ſudditi immediati; (mà ſopra quei de Nobili non ha ragione alcuna,) aſſoluto Eſſecutore della Deliberationi fatte nelle diete, è Egli ſupremo Giudice de' Nobili nelle Cauſe Criminali, hà in Mano tutto il Modo di rimeritare, e di beneficiare, chi piace.

Può finalmente *tanto quanto Egli hà di Deſtrezza, e di*" *Prudezza.* "

Per le Cagioni ſudette, i Nobili vivono in Polonia con grandiſſima Liberta; fanno quel, che loro piace, e l'Ordinationi del Rè, come eſſi medeſimi dicono, non durano più de tre giorni, e ſi portano con eſſo lui, non pur *come Cugini* (il che fanno i Franceſi) mà *come Fratelli.*

Eſſi come il Rè governa con Auttorità aſſoluta i ſuoi ſudditi immediati, così Eſſi diſpongono in dependentemente de loro Vaſalli, ſopra i quali ciaſcun di loro ha Imperio più, che regio, e li trattano quaſi come ſciavi. (ratiocinante *Botero* P. II. L. I. Relat. del Rè di Polonia.)

Hinc evenit, quod communis Poloniæ Populus ſe habet tanquam Terra, cui ſi bona adhiberetur cultura, poſſet & dulces Dominis ferre fructus; cum autem hæc de Superioribus multùm teritur, concultaturq; Cum, vellèm dicere, rectô iniquius premuntur Gentes hæ, hæ, ut quædam herbæ tenues, areſcere ſolent, ſuſpirantes in Refocilationem, quam haut



(e) *Stanislaus Lubienski* Epiſcopus Plocenſis, primis temporibus ſolos Epiſcopos ad Conſilium Regis fuiſſe adhibitos, teſtatur; poſtea verò ſeculares quoque adſcitos fuiſſe refert in Librô, de rectè gerendô Epiſcopatu p. 289.

haut opportunius fieri credunt, quam in eligendô Rege gratioſiſſimô quam citiſſimè, quod impeditum huc usque nullâ aliâ ex causâ, quam quod Incolarum hujus vaſtiſſimæ Compaginis Impreſſiones plurimum diſſonantes fuiſſe, in propatulo eſt, nam

Millia Turbarum confuſaque Facta volutant; & Militum Poloniæ Confœderationes quis non nôrit?

§. 4. Ordo Equeſtris Regni plurimam Partem faciens eſt in Statu Religionis & Politiæ, ob Diverſitatem Animorum, indeque gliscentium Affectuum, minimè conformis ſeu concors, transfunditurque quam rariſſimè in unionem ſtabilem ac perfectam, nam jam nimiô multum extolli videtur, jam nimiô minus venerari opinatur, hinc ægris invicem ſe adſpicit oculis & malignitatis dentes tunc in Coronatum Caput, tunc in planum poſitos humiles pedes acuit & fremere ſolet; & quidem Invidia more Radiorum Solis in Clivô ardentior eſſe videtur, quàm in planô, ajente *Bacono*; ſic *Paulus Piaſecius* ad Annum 1620. ſcripſit contigiſſe, ut *Sigismundus III.* Rex á *Michaeli Piekarski* vulneraretur, ſed hoc Exemplum in opprobrium Gentis non cedit, *cum Piekarcius iſte fuerit Mente ſumotus*, & Poloni etiam ſatis in hoc caſu indignationem ſuam oſtenderint.

Nobilitas Sarmata videtur ingentem ſibi ſumere libertatem in onerando Populum, & acre nimis Jus in regendo Regem, (quanquam *Frid. de Marſeler.* lib. 1. de Legato dicit: Polonos Regibus ſemel ſumtis, ſemper fidos eſſe,) ſueta ad faciendas turbas, audax omnia ſurſum deorſum vertere. Diſſentiri & obniti in dignarique non rarum.

Bella movet Regi, Regnumqve irrumpere tentat.
Bella vel Inſidiis, vel Marte gerens ad apertô:
Neſcia aliud proloqui, quàm crepans crepera bella.

Ali-

Aliquos etiam Regum quos, impietas ipſa proſcripſerat, è ſoliô dejecit, nullum tamen de vita, ait *Albertus Ida P. III. Lechiad.* Nil quicquam Libertate glorioſius gloriatur, Æquitatem ubivis locorum cautè prætexens tamen prætendit, neque ex aſſe eſſe nominata ſubjecta, neque ex aſſe ſupra ſe habere Regem, quem ex Opinione (f) præpoſterâ, (variô & multiformi Monſtrô quô non Proteus, aut Vertumnus plures induerit Species,) volupe eſt eligere, faciens hoc absque ſtatis Legibus, ubi verò LL. ſeu Conſtitutiones adſunt aliquæ, his Praxis ſæpius non reſpondet. Sed tamen optimè ſagax, & nimiùm acutè ſe monſtrans in inveniendis Legibus ponderoſis, quibus coronatum (g) Caput aggravare ſatagit.

Hic idem Poloniæ Ordo Equeſtris perpenſum habens tempore Regiminis Joännis Caſimiri IV. Damnum Bellô Suecicô acceptum conjiciebant omnem culpam non in Regnum adactum Suecô, ſed in Regem ipſum Opinione fultus: Illum fore Radicem, Fontem ſeu Scatebram tantarum Bellonæ Dirarum, proclamans ſtentoreâ validiore voce: Drumb müſten ſie alleſamt Haare darüber laſſen. Indeque



(f) Commune Proverbium jactatur inter Polonos: *POLONIA CONFUSIONE REGITUR. Polska miex zadem ſtoi*: ut ipſi in Linguâ ſuâ exprimunt. Verùm Domini Poloni concedere nolunt, quod propterea inclytæ hujus Gentis Gloria poſſit ſubverti, cum ejusmodi ſeditionum Exempla rara ſint, nec etiam aliis deficiant Populis.

(g) Principati altro non ſono, che Peſi in ſupportabili, Materie piene di tanti difficultadi, e di tanti pericoli, che in quelle loro laute Menſe da gli Huomini geloſi tanto invidiate, boccone alcuno non guſta, che loro non puzzi di arſenico. *Boccal. Ragg. di Parnaſſo.*

deque reprobandi Regem ſubita ſe erexit Cupido. Verum enim vero,

*Non neſciens Caſimirus*, Coronæ Depoſitionem, optimum ſibi Remedii fore, Exemplô *Chriſtinæ* Suecorum Reginæ & *Caroli V.* ex recentioribus, ex antiquioribus autem *Caſimiri I.* Polonici Regni ordine tertii Regis, & Ducibus Poloniæ verò, *Leski Albi* & *Wladislai Lasconogi.* Ex Imperatoribus autem *Diocletiani*, *Anaſtaſii*, *Theodoſiii III.* *Comneni*, *Botoniatis*, *Cantacuzani*, *Lotharii*, poſt decumanos â ſe exantlatos labores, penſiculatius trutinans: Regimen in Polonia concatenatum ſibi fuiſſe Bellum, Diademaque Spinis ſeptum usque eo, ut tali ſub onere laſſus, dulcem Tranquillitatem Regnô contra carius æſtimans aſceticos intra muros ſeſe recepit.

§. 5. Jam verò inſtante ac vertente Electionis Polonorum Regiæ tempore cum Poëtâ Græcorum omnium clariſſimô meritò arbitramur:

*Neminem rectè imperare poſſe, niſi eum, cui DEUS Imperium deſtinaverit.* Siquidem & Primatis Regni Regem renunciantis talis ferè Formula eſt: In nomine Domini nomino Regem Polon. & Magnum Ducem Lithwaniæ NN. *precorqve Cœleſtem Regem, ut hunc quem â Seculis Regem Genti iſti prævidit, gratiâ ſuâ in tanto munere ſuſtinendo adjuvet hancque Electionem iſti Reipublicæ fauſtam fortunatamque eſſe velit.*

Inſimul verò poſſit dudum agitata inter Politicos Quæſtio de novô moveri?

„ Num

„Num ad naturalia Fundamenta & requiſita Principis „pertineat, ut ſit natus in eâ Gente, cui imperat? aut ſi for„te Circumſtantia aliqua, ſingularis nimirum & incompa„rabilis Virtus aut Conditio, & Neceſſitas Regni, exteri & „peregrini alicujus Præſidium & Sceptrum requirat?

Et ſunt Politicorum non pauci quidem ſtatuentes negando Peregrino tradendum Sceptrum Imperii, hoc niſi fundamine:

Quod principalia inter fundamenta felicis Principatus ſit *Amor Patriæ*, Subditorumque quaſi populariu m,qui arcanâ quâdam vi rapere quaſi ſolet Animum Principis, ut ſalutem Patriæ quærat, nec ita facilè cogitet de Regnò, in quô natus educatusque frivolè deſerendo, quod fecit, olim ab exteris accerſitus Rex Henricus Anno 1575. Hic verò nunquam ex Poloniâ clam profugiſſet, ſi Poloniam Patriam habuiſſet.

Deinde quia tribus naſcimur, & tribus obligamur: 1 DEO. 2. Patriæ. 3. Nobis. Hinc *Patria communis* ſingularem quandam Obligationem Conſcientiæ in ſe continet, ut eo firmius & rectius ſecundum Leges Naturæ, Regimen ſuum inſtituat Rex in eôdem Locô natus, cui per Legem Naturæ obligatur.

Porrò Princeps alienigena conſuetus plerumque conformare Mores Subditorum noviter acquiſitorum, juxta hoc quod uſitatum eſt in ipſius Patriâ, ſed hoc faciens Rempublicam non emendabit, ſed perdet, ut inquit *Toloſanus* lib. VII. c. IV. n. 13.

Inſuper ex ſacris paginis allegari poſſunt Exempla Populi Iſraelitici; DEUS huic Devt. XVI. diſertè Legem tradit: *Ut Regem ex numerô Fratrum ſuorum eligant.*

Non

Non minus huc faciet Exemplum Lacedæmoniorum, de quibus Plutarchus in Lycurgô ita: *Lycurgus apud Lacedæmones omnibus viribus & Legibus contendebat, ne peregrini in Urbem admitterentur, multo minus ad Rerum gubernacula admoverentur.*

Conſiderandum quoque venit Exemplum S. Rom. Imperii, hoc neminem ad ſe admittit, niſi Germanô ſangvine natum: *Summum Decus Imperii ad Exteros per ferendum non eſſe Legibus cautum eſt*, apud Sleidanum Electores ut ſtatuunt in deliberatione de Electione Caroli V. Anno 1519. lib. 1. p. 19.

Hic Carolus V. etſi erat natus non in ſuperiori, ſed inferiori Germaniâ, tamen quia natus fuit è Germanicô ſanguine habitus fuit pro Germano.

Sic etiam in inclytâ Venetorum Republicâ & Senatu peregrinis non eſt Locus, ait *Patricius Senenſis* lib. III. de Inſtit. Reipubl. tit. II. A nonnullis allegatur etiam Autoritas Ciceronis 2. de Oratore dicentis: *Caput Reipublicæ eſt perſpectos habere Civium Mores;* quod peregrino eſt denegatum. Cæterùm Qvæſtionem hanc concernentia plura videri poſſunt in *Bodini* de Republicâ lib. VI. c. V. ubi inter alia hoc minimè contemnendum Argumentum affert: *Non poterit, inquiens, Peregrinus Princeps â periculis tutus eſſe, niſi validiſſimô præſidiô ſeipſum inprimis, deinde Arces muniverit; Illa verò externa præſidia multum incommodi ſecum trahunt. & ad Tyrannidem viam parant.* Sed hic notandum: Non adeo ſtrictè Bodini ſententiam eſſe intelligendam, quaſi planè nulli peregrini admitti poſſint, ſed loquitur Bodinus de illis, qui valdè multos exteros ſecum habent, quos ſolos ſui Corporis conſtituant cuſtodes: Admitti

mitti igitur haut prohibentur ad Regis Cuſtodiam peregrini, ſi ſit probatæ eorum Fidelitas.

Ita *Papa Romanus* ſolet habere non Italos ſed *Helvetios*, & *Germanos* alios ac *Bavaros* ut quorum Fidelitas tot ſeculis jam eſt probata, ſic & *Dux Florentinus* non tam *Italos*, qvàm *Germanos* habere dicitur ſui Corporis Cuſtodes. Item Reges Poloniæ habuerunt identidem Germanos multos, & tamen nihil ſibi propterea matuerunt Poloni.

Atqve hæc qvidem ſunt Argumenta, quæ diſputantur â parte eorum, qui negare volunt, Sceptrum Imperii committendum Peregrino.

§. 6. Jam alteram in partem multas adducere rationes ſuperſedeo, ſed neceſſariam tamen cenſeo illam in Qvæſtione mentionatam Limitationem conſiderandi: *De ſingularibus alicujus Regni tum Conditionibus, tum Neceſſitatibus.*

Poſſet equidem præjudicioſum videri Polonis & vergere in eorum Contemtum, ſi exterum Principem accerſere vellent, quaſi ita Novercam habeat Patriam, ut neminem producere velit tam excellenti virtute præditum, qvi dignus foret ad Gubernacula Patriæ admoveri. Verum enim verò cum Regnum Sarmaticum prioribus ſeculis ita malè ſe habuit, ut æqvabilitatem Libertatis ſuæ commodè ſervare haut valuit, ſi quando aliquem ex Incolis atqve Indigenis ad Regni Gubernaculum aſſumſit. Quanquam ſic *Joh. Herbertus* in Chronolog. Poloniæ lib. XI. Proëmio: *Per nongentos*, inquit, *aliquanto plures annos ſemper Polonia ad Caſimirum usque Regem ſui generis Reges & Principes habuit, Wenceslaô Bohemô exceptô qui regnavit circa Annum* 1300.

 Dein-

Deinceps verò â Caſimirô Exteri apud Polonos regnare incipiunt.

Ita ntique Circumſtantiis hujusmodi ſe ex erentibus, licuit ipſis ad Exterum reſpicere; atqve hoc eô magis, cum in cidere tempus ejusmodi poſſet, ut peregrino deferri faſces, expediat,, ſi nimirum vel ſtatus Reipublicæ per Indigenas ipſos turbatus, ab Indigenâ nullô reſtaurari poſſit, ſed Exteri alicujus generoſi ac potentis Præſidium requirat; quibus adeò prægnantibus & Reipublicæ, haut parùm proficuis Caſibus pro *Cynoſurâ* debet eſſe Lex illa XII. Tabularum: *SALUS POPULI SUPREMA LEX ESTO.* Ita poſt ſuprà dictum (h) *Henricum And gavenſium Ducem* Anno Chr. 1571. extinctâ Familiâ *Jagellonidum in Sigismundô Auguſtô*, exterum Regem primum primô Anno & Regni Polonici per teſum; creare ſibi continuant Poloni ſecundum ex Exteris Regem *Stephanum Bottorium* Principem Tranſylvaniæ; *Hic ille ipſiſſimus eſt, qui antiquam Regni „armatici Gloriam ingentibus heroicis Virtutibus excitavit;* „Severior in pœnis irrogandis, quàm LL. Polonicæ de homicidiis latæ patiebantur. *Religionem vi adhibitâ noluit „propagare dictitans: DEUM ſibi tria reſervaſſe, ex nihilô aliquid facere. Futura præſcire; & Conſcientiis dominari.*

Fatô poſt functô *Battoriô*, *Sigismnndus Rex Sueciæ* acceſſitus eſt Coronæ Polonorum, quocirca & perhibente *Dionyſ. Petaviô* Rationarii Tempor. P. primâ lib. IX. cap. 12. Regnum Sueonum turbatum eſt, cum *Carolus*, Sigismundi

(h) Henricus in Poloniam pervenit Januario Anni 1574. in deque rurſus, ſexto poſt menſe, properavit in Gallias ad Regnum capiendum, quod Rectore vacuum Caroli IX. mors fecerat Maji 30. Regni 14. *Petavius Rationarii Tempor.* P. I. lib. IX. c. 12.

di Regis Polonorum Patruus, commiſſum Fidei ſuæ Regnum inter vertiſſet, excluſô Sigismundô, qui eò recuperandi illius gratiâ é Poloniâ contenderet Anno Chriſti 1559.

Id Catholico ademtum Principi, hæretici deinde Proceres, in ejusdem participem Sectæ *Carolum* annô 1604. publicô trans tulere Decretô. Hæc Jeſuita *Petavius* circa finem proxime elapſi Seculi. Seculi, in quô jam vivimus. Finit etiam appetit, circa quam DEUM juſtum impenetrabilia nobis concluſiſſe, non immeritò apprehendimus, *retrò igitur reſpiciendum eſt & reſipiſcendum, ne Infortunio Litemur.*

§. 7. E contrariô Domini Poloni habent, qvod ſibi gratulentur propter fauſtum feliciſſimumque Votorum unanimorum ſucceſſum in eligendô ſuſcipiendôque auſpicatô *Caput Coronatum* in Perſonâ Sereniſſimi Principis & Electoris Saxoniæ Domini *FRIDERICI AUGUSTI*, Herois vivaciſſimi.

Gratulabuntur ſibi illi, qvibus aliqvis Fulgor fulgebat aureus è Galliis, *qui nihil erat, niſi aureus Imber, qvô alter ceu Jupiter Polonicæ Libertatis Danaën devirginare, non obſtantibus tot Acriſiis, tentavit.*

DEUS eo rem tam arduam Sapientiâ ſuâ inexhauſtâ cirexit, ut Sarmatia non opus haberet, præliari amplius eum Gallicâ Levitate, Petulantiâ, Barratteriâ, quæ Gravitati ejus, & Generoſitati prorſus ſunt contraria. DEUS eſt benigniſſimus, cujus Auſpicio Sarmatia hunc feliciter ſibi electum ivit Regem, ceu Arborem in vividô adhuc Vigore ac Virtute conſtitutam.

Regem ceu *rutatum Sertum* multa Noxia proruens & valetudinem conſervans infinitos protrudet Magnanimitatis Surculos, & Majeſtatis Ramos auguſtos, ut eorum ſub Umbræ opacitate ab Infortunii æſtu liberi, atqve Ardore Sarmatæ ſe ſolari ac refocillari queant ſpirantibus Proſperitatis eteſiis. Rex veſter auguſtiſſimus præcipua regnandi Inſtrumenta prenſans, Firmamenta Imperiorum ſibi Autoritatem & Amorem operabitur benè ſciens ac cognitum optimè habens: Regnantium neminem quenquam abs his ſe ſuaque diu conſervare poſſe. Si hæc deeſſent Principibus, deficerent etiam Virtutum Cuſtodes, Famæ ſtimulus, & Gloriæ venabulum, quo Favorem Populi Venerationemque ſibi conciliant (dicit benè ac verè Ariſtoteles lib V. Politic. c. X.) *Velle pecuniis excellere, tyrannicum eſt, Honoribus verò, magis Regium.* Honor ſubditis haut minus utilis videtur, quàm Principi ipſi, nam ſine Honoris Exiſtimatione Leges neutiquam ſufficerent coërcendum Populum; mox Ordo Reipublicæ totus ruere poſſet, niſi in æſtimatione foret obedientia, Fidelitas, integritas, publica Fides. Gloriæ Cupiditas Legum Autoritatem nutrire ac fovere ſueta eſt, & ut illa potiatur, laboribus ſe dat atque Virtutibus. Non minus periculi illi imminet Reipublicæ, in quâ ſubeſſe omnes cupiunt, quàm ei, in quâ nemo non regnare deſiderat; quippe Regnum nimiùm abjectum & humile vi quali cedit, ſicque Obligationis juratæ, quâ Domino legitimo obſtrictum eſt, quam facillimè obliviſcitur. At verò Regnum Polonorum altioris Animi Virtutes præ ſefert nam Honorem in pretiô habet, cum Labores & Pericula, immò ſuammet ipſius ruinam vilipendere haut abhorrebit, ut in Obedientiá & Fide permanere valeat noviter electo ac Coronato Regi. Qvæ Bella, quas Calamitates, quas Ruinas, quæ Incendia expertum non eſt hoc Sarmatum

matum Regnum, ut ſuam erga Reges legitimos obedientiam ac Fidem huc usque tueretur? nec Tyrannis ulla, nec barbara hoſtium Crudelitas, nec infecta Elementa, etiamſi omnia adverſus illud viderentur conſpiraſſe, ejus Conſtantiam potuere frangere. Fortunæ, Patria, Vita fidelibus his ſubditis eripi potuiſſent, generoſa Fidelitas verò, & ſincerus in Dominum verum Amor adimi nunquam potuit. Adeò Reſpublica hæc Regibus defert Honorem, ut non ex vanô glorietur, nullam unquam Gentem Reges ſuos tam firmô Favore proſecutam eſſe, quàm ſtabili ſuos proſequatur Polonia, quod magis liquet ex illô, quod *Adam de Kobilinô Konarſcius, Epiſcopus Poſnanienſis* ad Henricum Regem electum dicere potuit: *Conſeſſurus es in eô Soliô, quod non novit huc usque, nec veretur ſicarium; in eô, quô nusquam Captivi conſedere Reges.*

*Chinenſes*, quia nullum, niſi ab intimis viſceribus periculum timent, utuntur hâc Politicâ inſtar Remedii adverſus mala inteſtina Seditionum, *ut Honor omnis & Exiſtimatio quam longiſſimè arceatur â Populo.* (i) Verùm in noſtri Regis Sarmaticis Regnis quæ Invaſionibus refertis expoſita ſunt, ſunt & *Exiſtimatio & Gloria Subditorum omninò neceſſaria*, ut Hoſtibus ſeſe objicere audeant, ubi namquè *Honor non eſt, nec Animi Fortitudo eſſe poteſt.*

§. 8. *Nobiles* in Poloniâ olim dicebantur *Milites*, poſtea Vox *Milites* degeneravit in vocem *Equites* militare etiam vocabulum hodieque Polonis frequentiſſimum, & eum *Suſceptâ Religione Chriſtianâ, Libertas & Gloria augeri cœpit,* neceſ-

(i) Es will nöthig seyn / daß einige Völcker mit scharffen Gebiß und Nasenbanden gezäumet werden / um solche in Sclaverey zu halten; Daß man sagt: Der Frantzösische Landmann werde in Betten gebohren.

neceſſariæ viſæ ſunt Leges, quibus aliqua militandi Ratio haberetur ac definiretur.

Ita legitur ſub *Boleslao Chrobri, primô* Polonorum Rege, primùm deſcriptam fuiſſe Equitibus militandi Rationem, per Tractus, Regiones, ita ut ex præſcriptô Mandatô certum Armatorum numerum quilibet Palatinatus è Provincia ad Expeditionem â Rege indictam educeret.

Quanquam & jam ante *Boleslaum*, (perhibente *M. Chriſtophoro* Hartknoch in Republicâ Polon. lib. II. c. IIX. de Militiâ Polonor.) *Semovitus Piaſti Filius*, quosdam Militum Ordines conſtituit, teſte *Dlugoſſô* lib. I. p. 82. Et hæc eſt illa *MOTIO GENERALIS* (Polonicè vocatur: *Poſpolite Ruzenie.*) ſive *EXPEDITIO GENERALIS*, quæ adhuc hodie inuſu eſt, & in quâ *Equeſtris Ordo* propriis ſumtibus militat. *Ordinem Expeditionis hujus exhibet Conſtitutio Anni 1621.*

Dicitur, quod tantus conflari poſſit, Exercitus ut Ordine accedente debitô, vel maximis Gentibus ſub Jugum mittendis, ſufficere poſſe, credatur.

Jam, quod olim *Baſco Hiſtoricus* Rerum â Polonis geſtarum, (qui quidem typis nondum exſcriptus eſt, ut legitur apud Hartknoch lib. II. c. IIX. de Milit. Polon.) memoriæ prodidit: Sub *Boleslao Chrabri* ex ſolô Lanciciensi Palatinatu Nobilium Cataphractorum duo millia, & aliorum cum fundis quatuor millia, exciri potuiſſe, legere eſt apud *Bartholomæum Paproki in Opere Stemmat.* De bellicô hodierni Temporis Statu *Andr. Maximil. Fedro* hæc habet: *Aſſerunt nonnulli CCCXL. (vel ultra) millia Equitum potuiſſe aliquando numerari, cum mota ſedibus ſuis ſub ſignis ſtetit Nobilitas.* Et conſentit hic *Sim. Starovolſcius in Deſcript. Polon.*

*lon. p. 287.* Qui idem de *Maſoviâ*, præ ceteris Regionibus Nobilitate abundante hæc perhibet: *Habet Maſouia tota quinque & quadraginta millia Equeſtrium Familiarum, quarum ſi qualibet unum ſaltem Virum equô armisque decenter munitum præberet, quautus in Patriæ Defenſionem Exercitus illicò fuiſſet? Et ſicut plurimi, ut cujusque Cenſus eſt, qui poſſunt integras etiam Turmas armare; præter Pedites, quos duplô majori numerô urbana ruſticaque plebs præbere poſſet. Sola ſiquidem PRASNICENSIS REGIO ſeptem millia Equeſtrium Familiarum perhibetur continere, quibus nulla tam egens eſt, quin Eqvitem unum in publico Tumultu armet.* Quos inter NB. vetuliſſima Romanorum *VALE-* „*RIA FAMILIA, Corvum pro Gentilitiis Inſignibus geſtat,* „& tam fœcundâ Sobole eſt, ut ad duo millia Familiarum „propè accedat (hæc *Starovolc.* Qvæ etiam ante ipſum de Equeſtrium Familiar. Multitudine ſcripſerat *Chriſtophor. Varſewicius in Præfat. ad Paradoxa.*) O te terque quaterq; beatam Poloniam! ſi Arma tua potentiſſima conſiliô temperas; ſi in *Ulyſſe Prudentia* ſic in *Ajace Audaciam* compelat:

\- - - - - Tibi Dextera Bello
Utilis; Ingenium eſt, quod eget Moderamine noſtro
Non Vires ſine Mente geras; mihi Cura futuri eſt.
Tu pugnare potes; pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides: Tu tantum Corpore prodes,
Nos Animô: quantoque Ratem qui temperat, anteit
Remigis officium; quantò eſt Dux Milite major,
Tantum ego de ſupero. *Ovid. Metamorph. XIII.*

§. 9. Quemadmodum verò maximæ Gloriæ eſt Princeps, qui Animis magnis imperat & Generoſis, nam absq; iis timeri ſe nunquam faciet, neque Dominii ſui Fines dila-

tabit. Sic *Rex Polonorum* non detrectat Legibus, adeſſe in *Generali Expeditione* ſimul cum Ducibus Belli ſupremis ac Campeſtribus. Qvod manifeſtum eſt ex Conſtitutione *Sigismundi Auguſti* de 1557. apud *Januszov.* l. VI. Immò jam ante *Sigismundum Auguſtum* hoc fuiſſe obſervatum, docemur Exemplô *Alexandri* Regis;

Hic etiamſi ægrotaret, Nobilitasque tamen ad Signa ſe moturam, niſi præſente Rege, negaret, coactus eſt, in Caſtra etiamnum æger ſe conferre, quamquam id dicitur factum eſſe Artibus *Michaëlis Ducis Glinsſcii*, qui Regem Vitæ periculo conabatur objicere, (*Kojalowicz* P. II. Hiſtor. Lithu. l. VI. ad Annum 1506.) Cum igitur nullâ in re magis Majeſtatem ſuam oſtendere poſſit Rex Sereniſſimus Poloniæ & Magnus Dux Lithuaniæ Ruſſiæ, *FRIDERICUS AUGUSTUS*, Princeps ac Elector Saxoniæ, quàm Honore illô reciprocô quô Dominationem Regiam firmabit, quo magnum ſpecimen Comitatis, Benignitatis & Virtutis edet; quam peramanter habendo *Nobiles magnanimos, qui ſunt vera Martis ſuboles;* quibus firmiter ſtantibus & Bellum effloreſcit & Pax creſcit. Quàm cum generoſâ Uſurâ, quæ eſt Remuneratio, quippe Remuneratione Paucorum, multa alia mercari poſſunt obſequia atque Præſidia.

Hiſce ſuos ſternens hoſtes, Victorque retundet,
Quæ ſcelera exacuent in Caput arma ſuum,
Nam ſuperis Cœli viſum. Stant ordine Fata;
Atque ſuô properant tempore adeſſe Manus.

Tandem
*MIRA NOMINA & OMINA*
Lector candide cautè
mirare:

*NOCTI* ſe ad Somnum ſic reddit Factio *CONTI.*
*SAXE* ad Sarmatiæ Solii ſic redderis *AXES.*

*FRI-*

FRIDERICUS AUGUSTUS REX POLONORUM.

Κα᾽ Ἀνάγραμμα.

AUGUSTUS ID FERRI[a]CRUS EX ΠΟΛΩΝ MURO.

Ἐξήγησις.

Firmatum ID FERRI CRUS pro MURO ſit in hoſtes
AUGUSTUS Saxo, EX dante Favore ΠΟΛΩΝ.

(a) Daniel. c. II. v. 33. Hebr. שָׁקוֹהִי דִּי פַרְזֶל
Hiſp. Sus Piernas de Hierro.
Angl. His Legs of Iron.

## *Hypomnema aliquod breve.*

R*Egis Joännis III.*) Il y peu de Regnes, qui ayent été plus glorieux, que celui du Roi de Pologne *JEAN III.* Grand Duc de Lituanie & de Ruſſie.

On peut dire, que ſa Vie depuis le moment qu' il prit les Armes jusqu' à la Levée du Siege de Vienne, n' a été qu' un tiſſu continuel de Victoires de plus éclatantes. Ce grand Prince étoit Fils puîné de *Jaques Sobieski*, Caſtelan de Cracovie, & d' une Fille de *Stanislas Zolskiewski*, *Grand Chancelier, & Grand General de la Couronne*. Etant Senateur il fut fait *Grand Maréchal* le 24. Août 1665. *Grand General* du Royaume en 1666: & *Grand Maître d' Hôtel du Roi*, *Palatin de Cracovie*. Il reprit *ſoixante Villes* ſur les Coſaques rebelles *en Ukranie*. En 1667. il ſoùtint le *Siege de Podhais* contre les *Tartares*, & deux ans aprés il leur prit à eux & aux Coſaques tout le *Palatinat de Braklaw* dans la *baſſe Podolie*. Il ſe ſignala encore par diverſes autre Actions Heroiques. Il defit les *Turcs* l'an 1671. durant le Siege de *Leopol*, & gagna en 1673. la celebre Bataille de *Choczim* ſur le Nieſter, & ſur les Frontie-
»res de la *Moldavie*. Cette Bataille commença un Samedi,
»& ne finit, que le troiſiéme jour par la reduction de cette

 For-

„Fortereſſe. Les Turcs y perdirent huit mille Janiſſaires
„& vingt mille Spahis. Cette graude Vtctoire, une des plus
„celebres, qu'on ait gagnées dans ce Siecle, *fut donnée le 11.*
„*de Novembre, le lendemain de la mort du Roi Michel Korbut*
*Wiesnowiski.* On crût, que le Grand Maréchal étoit ſeul digne de cette Place. Il fut élû le 2. Mai 1674. & *fut couronné quince mois aprés ſon Election*, pendant le quel tems il gagna divers Combats contre les Turcs, & les obligea de faire la Paix à *Zurowna*, & d' annuler de Traité peu avantageux, que le *Roi Michel* avoit été forcé de faire avec la Porte. En 1676 il rec, ut l'Ordre de Chevalier du S. Eſprit, que le Roi de France lui envoya par le Mrrquis de Bethune ſon Ambaſſadeur.
„En 1683. il contribua beacoup à la Levée du Siege de *Vienne*,
„s'étant trouvé en Perſonne avec pluſieurt autres Princes
„à la Bataille, qui ſe donna. *Ce Prince parloit diverſes Langues & aimoit beaucoup les Livres & le Gens de Lettres.* Il avoit épousé *Dame Marie de la Grange* Fille du *Cardinal d' Arquien*, de la quelle il a eu divers Enfans. (*Mercure Hiſtorique & Pol. 1696. p. 90.*)

*Tumultuum ſeu Factionum,*) *Andreas de Pilca Corycinius, Caſtellanus Viſlicenſus*, ad Proverbium Polonis commune: *POLSKA NIEXZADEM STOI*: POLONIA CONFUSIONE REGITUR, reſpondens: Multa, inquit, mira Paradoxa
„in hôc ævô legi; illud verò eſt Culmen omnium Parado-
„xorum, in quod conſentiunt moderna Ora cum veteribus,
„& dicitur jam bis mille annis, ab incunabulis hujus Regni:
„CONFUSIONE REGITUR POLONIA. Felix illa Con-
„fuſio dicenda, qvæ inter tot ſudata bella & pericula *Virgo*
„*hujus Gentis Gloria* eſt eluctata.

*Diſcremine in exiguô deſerere ſuos.*) It. *Non neſcius Caſimirus.*)

Illuſtriſſimum & ad omnem Poſteritatem maximè memorabile *Exemplum ſpontaneæ Abdicationis Regni Polonici* habuimus in *Johanne Caſimiro* Rege, cujus Proceſſum *Nicolaus Chwalcovius*, teſtis oculatus verbis pluſculis recenſet.

Cum

Cum autem Novitas ejusmodi in Republ. ſine periculô & extra Metum magnarum Revolutionum eſſe non poſſit, inſeruerunt *Ordines Regni* Pactis conventis ſive Capitulationi *Michaëlis Koributhi*, Ducis in Wisniowiec, ex antiquiſſimâ Olgerdi Magni Ducis Lithuaniæ & Patris Wladislai Jagellonis Familiâ oriundi Regis noviter electi, novum Caput, in „quo Rex pro ſe & Succeſſoribus ſuis, cavet, de non abdican„dó Regnô, hocque pro perpetuâ Lege haberi vult.

Sed cum Sereniſſimus *Johannes III.* eſſet ad Regale Solium erectus, rogavit Ordines, ut illud Caput omitteretur, hoc haut difficulter obtinuit, quemadmodum Diarium Electionis Anni 1674. ad diem 27. Maji teſtatur.

Contigerunt, cum adhuc *Duces Poloniæ* jure ſucceſſionis Imperium Polonicum obtinuere, Exempla Reſignationis ſive Abdicationis ſpontaneæ, ut nimirum *Leſci Albi*, & *Wladislai Lasconogi*, â gracilitate pedum ſic nominati, de quibus utriſque in Monumentum poſteritati dedit hæc *Joach. Paſtorius ab Hirtenberg*: Uti vivô *Miecislaô*, ita mortuô adhuc inter ambiguos Dominos vacillavit Polonia. Reliquerat ille Filium *Uladislaum Lasconogum*, & *Leſcus quoque Helenæ Filius* toties á Miecislaô dejectus ſupererat. In hunc primum ſententiæ Procerum conſenſere, unô *Nicolaô Cracovienſi*, ejusq; *Fratre Epiſcopô* repugnantibus. Et hi tandem patiebantur Principatum *Leſco* deferri, hoc ſtipulantes, ut *Govoricium Palatinum Sendomirienſem* æmulum ipſorum in Exilium amandaret. Verùm *Leſco* diſplicuit Principatus, quem Amici injuriâ emendum haberet. Itaque annitente *Nicolao*, cui hæc tanta Leſci benevolentia Govoricium tanto formidabilior erat, Princeps creatur *Lasconogus*, Vir eô maximè nomine dignus Principatu, quod eo poſtea digniori Leſco libens ceſſit. Nam cum imperante jam *Lasconogo*, *Leſcus* feliciter in Romanum Halicienſium Ducem Lublinenſis Provinciæ Vaſtatorem, & jam trajectâ Viſtulâ Sendomiriæ

imminentem pugnaſſet, ſecutus eſt Fortunam favor Polonorum, & *Laſconogo* non repugnanti ſurrogatus *Leſcus*; mortuis jam maximis hujus Adverſatoribus, Palatinô, Epiſcopoque Cracovienſi quorum huic *Vincentius Cadlubcus ſucceſſit, Vir pro ſeculi ſui geniô eruditus, primusque Hiſtoriæ Polonicæ Conditor*, Leſcus quod præliô meruit, pace tenuit imperium, lenis ingeniô, ut alios non impeteret, Felix ut non impeteretur.

*Henricum Andegavenſium Ducem.*) Auſſi tôt, que par le rapport des Medicins *la Reine Mere* fût aſſurée de la Mort de ſon *Fils*, elle dépécha *Chemeraud* en tout diligenſe au *Roi de Pologne*, pour lui faire ſcavoir; que *Charles* l'avoit de claré ſon Succeſſeur à la *Couronne de France*, & qu'attendant ſa venüe, elle avoit été fâite Regente dn Royaume.

Or bien que la Couronne de Pologne lui fût honora-„
ble, voire avantageuſe, en toute ſorte, & par ce tres-aggrea-„
ble; ſi eſt ceque comme tous Hommes ſont naturels à aimer,„
le pais de leur Naiſſance & Nourriture plus que tout, mé-„
mement à un Prince paiſibile, & curieux de ſon repos, il re-„
ſolut à l'Inſtant ſon retur en France. Mais la Reverence & Amitie, que les Polonois lui portoient, qui d'ailleur (avoir entendu la maladie incurable de Charles, & par là craignant, qu'un de la Couronne Françoiſe ne lui fit quitter la Pologne) l'obſervoient fort étroitement: lui faiſoit fort douter les moyens, qu'il avoit à tenir pour ſortir du Pais, *vû que les Polonois eſti-*„
*mans peu moins leur Royaume, que celui de France*, ſe perſua-„
doient, que ſans partir du leur, & y faiſant ſa principale de-„
meure, il devoit gouverner les François par un Vice Roi, &„
non le leur, qui merito it bien ſa preſence con tinuelle, ne„
fût-ce que pour en celà reconnoitre le grand Honneur, qu'„
ils lui avoient fait, de le preferer à tous les Princes Chréti-„
ens, pour ſuivre ſes Commendemens. Pour ce avoit ja recû quelques attaintes de cette leur Reſolution, & aſſeuré,

que ce ſeroit peine perdüe, voire mal ſur mal, de leur faire entendre ſa deliberation de ſortir, crainte d'empechemens, arréta de ſe faire par les plus ſecrets & diligens moyens. qu' il pourroit, leu laiſſant par Ecrit les Occaſions d'une tant celée Departie.

Devant tout avoir fait entendre, qu' il vouloit celebrer les Obſeques de ſon Frere, il fit acheter toutes les ſarges de Florence, qui étoient à Cracovie Capitale du Pais, pour faire charger du duëil à toute la Cour, & enſemble preparer tout ce, qui étoit requis à la journée funebre. Puis donna publiquement congé à *Bellieure* Ambaſſadeur de *Charlex IX.* de ſe retirer en France; vû que par le Decés de ſon Maitre ſa Charge étoit expirée: Et avec lui fit aller presque tous les Gentil-hommes, & Officiers, dont il ſe vouloit ſervir & acompagner en ſon voyage, les quels lui portoient tous ſes joyaux, avec ſes plus pretieux & neceſſaires meubles pour ſa perſonne. Ce fait le chevaux diſposés par les chemins, qu'il devoit tenir.

Il banqueta ſolennellement tous les Seigneurs, Gentil-hommes, & Officiers Polonnois, qui lors étoint en Cour: tous affectionnes à lui pour les Etats & Honneurs, dont il les avoit pourveus; les autres s'étant peu auparavant retirés en leurs terres avec licence. Peu aprés, qu' il fut couché, & que le *Comte de Tancy*, premier Chentil-Homme de la Chambre, lui eut fermé le rideau pour dormir, ſe leve, & déguiſé d Habits & d'un bandeau, qui lui entraverſoit le Viſage, ſort par derriere, & avec le congé que du l' un de ſes Valets de chambre demanda aux Gardes montés ſur chevaux prets volent au grand galop, le plûtôt qu'ils peurent, pour trouver les chevaux de relay, qui les porterent auſſi tôt hors de Pologne, à la premiere Ville d'Aûtriche, ſans aucun détorbier, pour diligente, voire extreme, que fut la ſuite du *Comte Chriſtofle* (qu' un Italien habitué eu Cracovie avoit ſoudain adverti du ſoupçon,

pçon, qu'il avoit eu la departie du Roi, qu'il jugeoit â ſa De-march étre celui, qu'il avoit vû ſortir avec du Halde) *Comte de Tancy* & pluſieurs antres Pòlonnois. Qui courus en la Chambre ſur l'Avertiſſement de l'Italien, & n'y trouvans que le Lict, & les Coffres vuides, fort étonnés ſe mirent ſoudain à la pour ſuite laiſſans tel effroy & déplaiſir entre les Habitans de Cracovie, que les François y reſtés furent en danger de leurs perſonnes. La diligence des Polonnois à la ſuite de leur Prince fut ſi grande en ſomme, & ſi animeuſement entre te-nuë, qu'encor que le Roi eût fait rompre les Pons, où il paſſoit, crainte de ſuite ennujeuſe; ſi eſt-ce qu'ils furent à un même jour en Aûtriche.

Le *Comte de Tancy* memement, le quel ores que les Por-„ tes lui fuſſent fermées, ſi eſt ce, qu'avoir ſupplié ſa Majeſté, „ qu il lui donnât l'heur, de le voir encor une fois, pour lui „ dire trois paroles. Entré l'aſſeura de l'étonnement, & dé-„ plaiſir extreme, que les Polonnois avoient receu de tel de-„ part, l'ayant condamnéen de le preſenter ſur peine de la „ Vie, comme celui, qui ſur tous devoit avoir une blus ſoi-„ gneuſe charge de ſa Perſonne.

„ Mais le voyant reſolu, d'aller avant, & non de reculer, le „ ſupplia, que du moins il rapportât pur marque de ſa diligen-„ ce affectionnée, quelque Signal de ſon vouloir, ne fût ce, dit-„ il, qu' une é guillette, que je puiſſe mettre, venant de vôtre „ main entre ma peau & ma chair, pour témoigner avec vô-„ tre Reſolution & l' Honneur, qu' il vous a pleu me faire jus-„ ques y ci, mon Devoir, & perpetuelle Devotion à vous re-„ ſter tout ma Vie tres - humble ſerviteur de Vôtre Majeſté, „ Le Roi lai donna un de ſes anneaux, qu il tira du doigt, pour „ aſſeurer les Polonnois, qu'il leur demeureroit toûjours auſ-„ ſi affectionné Prince que jamais. Et les priant, de bien „ traittes les François reſtés, leur promit de pourvoir en brief „ aux Affaires du Royaume, ainſi qu' il leur feroit paroir auſ-ſi tôt,

„ſi tôt, qu'il ſeroit â Repos. *Hiſtoire des Troubles, & Guerres Civiles Tome II. Liv. 30. p. 790. par M. Jean le Frere. de Laval.*

*Ex Exteris Regem Stephanum Battorium.*) Sciſſa in duas Partes Polona Nobilitas duos elegit Reges. Altera Pars *Maximiliano Imperatori* Sceptrum Polonicum obtulit cui favebat etiam ipſe Interrex *Jacobus Uchanski, Archi-Epiſcopus Gneſnenſis & Primas Regni.* Altera eligit *Stephanum Battor, de Somlio* (fuerunt alias alii *Battorii* de *Battor.*) Palatinum Tranſylvaniæ, cui favebat *Sam. Sborobski*, primariæ Vir Gentis ſed præfervidi Spiritus, tum temporis illum apud Exul, ſic tamen, ut Regiô Decretô Infamiæ labe careret Exilum ſibi attractum per Andream Vaporium, Caſtellanum Præmislienſem, in ipſô Arcis Cracovienſis Ingreſſu, clavâ roſtratâ percuſſum...

La ſuite touchante les menées de Samuel Spovovi, montre la *Marâtre des Grands* par le Sr. J. B. de *Rocoles* Hiſtoriographe de France & de Brandebourg en Termes, qui s'en ſuivent.

*Si ta mêchanceté Sborovi trop criante,*
*ne t' avoit inſpiré, de verſer tant de Sang;*
*L'on n'auroit point blâmé ton Humeur arrogante,*
*mais êpargné ta Tête, & conſervê ton Rang.*

On a veu en Pologne un Exemple d'une Juſtice loüable & rigoureuſe tout en ſemble, en la perſonne de SAMUEL SPOROVI, qui fut banni de ce Royaume à perpetuité, lors du Regne de Henry de France, auparavant Duc d' Anjou, Roy de Pologne pour avoir tuê le Châtelain de Premislie. Non obſtant ſa Proſcription, il revenoit de tems en tems en Pologne, & y commettoit pluſieurs exés, excês jusqus à conſpirer contre la Perſonne du Roy ESTIENNE BATTORI. Jean Zamoiſci Chancelier du Royaume l'arrêta priſonnier, & l'emmena à Crocovie, où non obſtant l' Interceſſion de ſes Freres des plus puiſſans du Royaume, & de la Nobleſſe du Palatinat de Cracovie, il eut la Tête trenchée.

Quelques années aprés, l'un de ſes Freres Chriſtophle Sborovi, pour avoir voulu former des Partis dans l'Etat, fut banni pour vint Ans.

Cunctante verò Imperatore, Stephanus Poloniam ingreſſus, haut difficulter in ſuas partes traxit omnem.

Huic

„ Huic Regi ſunt qui tribuant, quod in Poloniâ Lingua Latina diſcatur
„ â plurimis quàm ullô in Regnô aliô, referentes: Stephanum cum in Polo-
„ niâ Linguæ Incolarum penitùs fuiſſe ignarum, ideoque non tantùm cum
„ Polonis Latinè locutum, ſed etiam illos ad Linguam hanc excolendam co-
„ hortatum eſſe, ita ut ſæpius ad Procerum Filios juniores dixiſſet:
*Diſce Latinè, ego ex te aliquando faciam MOSCI PAN.*
Verbis his Juventuti Stimulus additus fuiſſe dicitur ad Linguam eam diligentiùs excolendam. Vid. Hartknoch. lib. I. c. II. de Republ. Polon.

Liceat annectatur in Manuſcriptô quodam ab Joachimô Paſtoriô ab Hirtenberg repertum

# ELOGIUM
## MAGNI STEPHANI I.

Poloniæ Regis, qui Grodnæ, multis rebus præclarè geſtis, Paceq; publicâ relictâ mortuus eſt Annô Domini M. D. XXCVI. d. 12. Dec.

In Templo plus quàm Sacerdos.
In Republicâ plus quàm Rex.
In Sententiâ dicendâ plus quàm Senator.
In Judiciô plus quàm Jure Conſultus.
In Exercitu plus quàm Imperator.
In Acie plus quàm Miles.
In adverſis perferendis Injuriisque condonandis plus quàm Vir.
In publicâ Libertate tuendâ plus quàm Civis.
In Amicitiâ tuendâ plus quàm Amicus.
In Convictu plus quàm Amicus.
In Venatione feriſque domandis plus quàm Leo.
In tota reliquâ Vitâ plus quàm Philoſophus.

Sicquè

StephanVs DeI gratIâ KeX PoLonIæ, GroDnæ VItâ plè DefVngItVr.